fine noni mensis templi fundamenta iaciuntur; hoc intel
legere possumus. quod non incipiat extrui templum domini
si mala opera finiantur; Unde et in uicesima quar
ta die mensis eiusdem fundamentum templi ponitur;
In qua numero duplex . δωδεκας . et tres οκτα
δες . quattuor que exades sunt; De quo iam ple
nius supra disputatum est; Quicumque ergo se cultui dei de
dicauerit et contempserit . patrum . id est ne
glegentias patrorum qui in esdrę uolumine in
texalex inter patres templum dei edificare uetant;
Iste nescit mensuram frugum et iner cedit suę ; uel
certe propter hoc quod dicitur . si adhuc cognoscetur super
terram area . quid seminauerit in spiritu . et de spiritu me
tuerit uitam ęternam ; nequaquam sibi thesaurizabat
in terra . sed omnia eius et merces de operum in cę
lestibus colliguntur ; uinea quoque id est sermo dei
cuius in unoquoque pater agricola est . et ficus spiritus
sancti dona dulcissima . et malo granatum ecclesi
astica dogmata et scientia scripturarum . quę sponsę ge
nus in cantico comparatur; et ligna oliuę dabunt
refectionem et inluminationem cordis . ei qui coepe
rit edificare templum dei; Quod autem uinea et ficus et oli
ua paulisper de malo granato differo . ut re
ferantur ad personam saluatoris . et spiritus sancti et dei

duodecas
ogdoades
messuerit